

## MASS PROPER: PENTECOST

MASS *Spiritus Domini* (red)

### INTROIT Wisdom 1: 7

Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja: et hoc quod cóntinet ómnia, scíentiam habet vocis, allelúja, allelúja, allelúja. (Ps. 67: 2) Exsúrgat Deus, et dissipéntur inimíci ejus: et fúgiant qui odérunt eum a fácie ejus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sǽculórum. Amen. Spíritus Dómini replévit orbem terrárum, allelúja: et hoc quod cóntinet ómnia, scíentiam habet vocis, allelúja, allelúja, allelúja.

### COLLECT

Deus, qui hodiérna die corda fidélium sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

### LESSON Acts 2: 1-11

Cum compleréntur dies Pentecóstes, erant omnes discípuli páriter in eódem loco: et factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus vehéméntis: et replévit totam domum ubi erant sedéntes. Et apparuérunt illis dispertítæ linguæ tamquam ignis, sedítque supra síngulos eorum: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, et cœpérunt loqui váriis línguis, prout Spíritus Sanctus dabat éloqui illis. Erant autem in Jerúsalem habitántes Judæi, viri religíosi ex omni natióne, qua sub cælo est. Facta autem hac voce, convénit multitudíno, et mente

The Spirit of the Lord hath filled the whole world, alleluia; and that which containeth all things hath knowledge of the voice, alleluia, alleluia, alleluia. (Ps. 67: 2) Let God arise, and let His enemies be scattered: and let them that hate Him flee from before His face. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. The Spirit of the Lord hath filled the whole world, alleluia; and that which containeth all things hath knowledge of the voice, alleluia, alleluia, alleluia.

O God, Who on this day didst teach the hearts of Thy faithful by the light of the Holy Spirit: grant unto us, by the same Spirit, to be wise in what is right, and ever to rejoice in His consolation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, forever and ever.

When the days of the Pentecost were accomplished, they were all together in one place; and suddenly there came a sound from heaven, as of a mighty wind coming, and it filled the whole house where they were sitting. And there appeared to them parted tongues as it were of fire, and it sat upon every one of them; and they were all filled with the Holy Spirit, and they began to speak with divers tongues, according as the Holy Spirit gave them to speak. Now there were dwelling at Jerusalem Jews, devout men, out of every nation under

confusa est, quóniam audiébat unusquísque língua sua illos loquéntes. Stupébant autem omnes, et mirabántur, dicéntes: Nonne ecce omnes isti, qui loquúntur, Galílæi sunt? Et quomodo nos audívimus unusquísque linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi et Medi, et Ælamítæ, et qui hábitant Mesopotámiam, Judéam et Cappadóciam, Pontum, et Ásiam, Phrygiam et Pamphýliam, Ægyptum, et partes Líbyæ, quæ est circa Cyrénen, et ádvenæ Románi, Judæi, quoque, et Prosélyti, Cretes et Árabes: audívimus eos loquéntes nostris línguis magnália Dei.

#### **GREATER ALLELUIA**

##### **Psalms 103: 30**

Allelúa, allelúa. Emítte Spiritum tuum, et creabúntur, et renovabis faciem terrae. Allelúa.

(*Here all kneel*)

Veni, sancte Spíritus, reple tuórum corda fidélium: et tui amórís in eis ignem accénde.

#### **SEQUENCE**

Veni, sancte Spíritus,  
Et emítte cælitus  
Lucis tuæ rádium.  
Veni pater páuperum,  
Veni dator múnérum,  
Veni lumen córdium.  
Consolátor óptime,  
Dulcis hospes ánimæ,  
Dulce frígérium.  
In labóre réquies,  
In æstu tempéries,  
In fletu solátiu.  
O lux beatíssima,  
Reple cordis íntima  
Tuórum fidélium.  
Sine tuo númerine,  
Nihil est in hómíne,

heaven, And when this was noised abroad, the multitude came together, and were confounded in mind, because that every man heard them speak in his own tongue. And they were all amazed, and wondered, saying: Behold, are not all these that speak Galileans? And how have we heard every one of our own tongues wherein we were born? Parthians and Medes, and Elamites, and inhabitants of Mesopotamia, Judea and Cappadocia, Pontus and Asia, Phrygia, and Pamphylia, Egypt, and the parts of Lybia about Cyrene, and strangers of Rome, Jews also, and Proselytes, Cretes, and Arabians: we have heard them speak in our own tongues the wonderful works of God.

Alleluia, alleluia. Send forth Thy Spirit, and they shall be created, and Thou shalt renew the face of the earth.

Alleluia.

(*Here all kneel*)

Come, O Holy Spirit, fill the hearts of Thy faithful: and kindle in them the fire of Thy love.

Come Thou Holy Spirit, come,  
And from Thy celestial home  
Shed a ray of light divine.  
Come, Thou Father of the poor,  
Come, Thou source of all our store,  
Come, within our bosoms shine,  
Thou of Comforters the best,  
Thou the soul's delightful guest,  
Sweet refreshment here below.  
In our labor rest most sweet,  
Pleasant coolness in the heat,  
Solace in the midst of woe.  
O most blessed Light divine,  
Shine within these hearts of Thine,  
And our inmost being fill.  
Where Thou art not, man hath nought,  
Nothing good in deed or thought,

Nihil est innóxium.  
Lava quod est sórdidum,  
Riga quod est áridum,  
Sana quod est sáucium.  
Flecte quod est rígidum,  
Fove quod est frígidum,  
Rege quod est dévium.  
Da tuis fidélibus,  
In te confidéntibus,  
Sacrum septenárium.  
Da virtutús méritum,  
Da salútis éxitum,  
Da perénne gáudium.  
Amen. Allelúa.

Nothing free from taint of ill.  
Heal our wounds, our strength renew,  
On our dryness pour Thy dew,  
Wash the stains of guilt away.  
Bend the stubborn heart and will,  
Melt the frozen, warm the chill,  
Guide the steps that go astray.  
On Thy faithful who adore,  
And confess Thee evermore,  
In Thy sevenfold gifts descend.  
Give them virtue's sure reward,  
Give them Thy salvation, Lord,  
Give them joys that never end.  
Amen. Alleluia.

### GOSPEL John 14: 23-31

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Si quis díligit me, sermónen meum servábit, et Pater meus díligit eum, et ad eum veniémus, at mansiónem apud eum faciémus: qui non díligit me, sermónes meos non servat. Et sermónen quem audístis, non est meus: sed ejus qui misit me, Patris. Hæc locútus sum vobis, apud vos manens. Paráclitus autem Spíritus Sanctus, quern mittet Pater in nómíne meo, ille vos docébit ómnia, et sugeret vobis ómnia quæcúmquæ dixerò vobis. Pacem relínquo vobis, pacem Meam do vobis. Non quómodo mundus dat ego do vobis. Non turbétur cor vestrum, neque formídet. Audístis quia ego dixi vobis: Vado et vénio ad vos. Si diligiterétis me, gauderétis útique, quia vado ad Patrem: quia Pater major me est. Et nunc dixi vobis priúscquam fiat: ut cum factum fúerit, credátis. Jam non multa loquar vobíscum. Venit enim princeps mundi hujus, et in me non habet quidquam. Sed ut cognóscet mundus quia dílico Patrem, et sicut mandátum dedit mihi Pater, sic fácio.

At that time Jesus said to His disciples, If any one love Me, he will keep My word, and My Father will love him, and We will come to him and will make Our abode in him: he that loveth Me not, keepeth not My words. And the word which you have heard is not Mine: but the Father's Who sent Me. These things have I spoken to you, abiding with you. But the Paraclete, the Holy Spirit, Whom the Father will send in My Name, He will teach you all things, and bring all things to your mind, whatsoever I shall have said to you. Peace I leave with you, My peace I give unto you: not as the world giveth, do I give unto you. Let not your heart be troubled, nor let it be afraid. You have heard that I said to you: I go away, and I come unto you. If you loved Me, you would indeed be glad, because I go to the Father: for the Father is greater than I. And now I have told you before it come to pass: that when it shall come to pass you may believe. I will not now speak many things with you. For the prince of this world cometh, and in Me he hath not any thing. But that the world may know that I love the Father, and as the Father hath given Me

## **OFFERTORY Psalms 67: 29, 30**

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis: a templo tuo, quod est in Jerúsalem, tibi offérant reges múnera, alleluia.

## **SECRET**

Múnera, quæsumus, Dómíne, oblata sanctifica: et corda nostra Sancti Spíritus illustratióne emúnda. Per Dóminum nostrum Jésum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

## **PREFACE FOR PENTECOST**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætére Deus: per Christum Dóminum nostrum. Qui ascéndens super omnes cælos, sedénsque ad déxteram tuam, promíssum Spíritum Sanctum (hodiérana die) in filios adoptiónis effudit. Quaprópter profúsis gáudiis, totus in orbe terrárum mundus exsúltat. Sed et supérnæ Virtútes, atque angélicæ Potestátes, hymnum gloriæ tuæ cóncinunt, sine fine dicéntes:

## **COMMUNICANTES FOR PENTECOST**

Communicantes, et diem sacratissimum Pentecóstes celebrantes, quo Spíritus Sanctus Apóstolis, innúmeris línguis appáruit: sed et memóriam venerantes, in primis gloriósae semper Vírginis Maríæ, Genitícis Dei et Dómini nostri Jesu Christi: sed et beáti Joseph, ejúsdem Vírginis Sponsi, et beatórum Apostolórum ac Mártyrum tuórum, Petri et Pauli, Andréæ, Jacóbí, Joánnis, Thomæ, Jacóbí, Philíppi,

commandment, so do I.

Confirm, O God, what Thou hast wrought in us; from Thy temple, which is in Jerusalem, kings shall offer presents to Thee, alleluia.

Sanctify, O Lord, we beseech Thee, the gifts offered up to Thee and cleanse our hearts by the light of the Holy Spirit. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, ascending above all the heavens and sitting at Thy right hand, poured out (on this day) the promised Holy Spirit upon the children of adoption. Wherefore the whole world doth rejoice with overflowing joy and the heavenly Hosts also and the angelic Powers sing together the hymn of Thy glory, evermore saying:

Communicating with, and keeping the most holy day of Pentecost, whereon the Holy Spirit appeared to the Apostles in countless tongues and also reverencing the memory, first, of the glorious Mary, ever Virgin, Mother of our God and Lord Jesus Christ: as also of blessed Joseph, Spouse of the Virgin, of the blessed Apostles and Martyrs Peter and Paul, Andrew, James, John, Thomas, James, Philip, Bartholomew, Matthew, Simon and

Bartholomæi, Matthæi, Simónis: et Thaddæi: Lini, Cleti, Cleméntis, Xysti, Cornélii, Cypriáni, Lauréntii, Chrysogoni, Joánnis et Pauli, Cosmæ et Damiáni: et ómnium Sanctórum tuórum; quorum méritis, preciobúsque concédas, ut in ómnibus protectiōnis tuæ muniámur auxílio. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

## **HANC IGITUR FOR PENTECOST**

Hanc ígitur oblationem servitús nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offérimus pro his quoque, quos regeneráre dignátus es ex aqua, et Spíritu Sancto, tríbuens eis remissióinem ómnium peccatórum, quæsumus, Dómine, ut placátus accípias: diésque nostros in tua pace dispónas, atque ab ætéerna damnatióne nos éripi, et in electórum tuórum júbeas grege numerári. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

## **COMMUNION Acts 2: 2, 4**

Factus est repénte de cælo sonus, tamquam adveniéntis spíritus vehéméntis, ubi erant sedéntes, alleluja: et repléti sunt omnes Spíritu Sancto, loquéntes magnália Dei, alleluja, alleluja.

## **POSTCOMMUNION**

Sancti Spíritus, Dómine, corda nostra mundet infúso: et sui roris íntima aspersióne fœcúndet. Per Dóminum nostrum Jésum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sǽculórum.

Thaddeus: Linus, Cletus, Clement, Sixtus, Cornelius, Cyprian, Lawrence, Chrysogonus, John and Paul, Cosmas and Damian, and of all Thy Saints, through whose merits and prayers grant that we may in all things be defended by the help of Thy protection. Through Christ our Lord. Amen.

We therefore beseech Thee, O Lord, graciously to accept this oblation of our service, as also of Thy whole family, which we make unto Thee on behalf of these whom Thou hast vouchsafed to bring to a new birth by water and the Holy Spirit, granting them remission of all their sins: and to dispose our days in Thy peace, preserve us from eternal damnation and rank us in the number of Thine elect. Through Christ our Lord. Amen.

Suddenly there came a sound from heaven, as of a mighty wind coming where they were sitting, alleluia: and they were all filled with the Holy Spirit, speaking the wonderful works of God, alleluia, alleluia.

May the infusion of the Holy Spirit, O Lord, cleanse our hearts, and render them fruitful by the inward sprinkling of His dew. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the same Holy Spirit, God, forever and ever.